

Johann Cothmann

**Programma Quo Decanus Johannes Cothman, S.S. Theologiae Doctor &  
Professor, suo & venerandae Facultatis Theologicae nomine Ad Disputationem  
Inauguralem Viri Clarissimi Dn. M. Augusti Varenii, Lunaeburgensis ... Ad diem  
28. Martii publica solennitate ... habendam ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1648

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738367095>

Druck    Freier  Zugang



R.U.-theol 1648 Cothmann, Johann / e



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn738367095/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738367095/phys_0002)

DFG

PROGRAMMA  
Quo  
**DECANUS**  
**JOHANNES COTHMAN,**  
**S.S. Theologiæ Doctor & Pro-**  
fessor, suo & venerandæ Facultatis  
Theologicæ nomine  
*Ad*  
**DISPUTATIONEM INAUGURALEM**  
**VIRI CLARISSIMI**  
**DN. M. AUGUSTI VARENII,**  
Lunæburgensis, Linguaæ sanctæ apud  
nos Professoris ordinarij,  
*Ad diem 28. Martij publica solennitate horis ante*  
*& postmeridianis habendas.*

Magnificum Dn. Rectorem, Con-  
sultissimos, Excellentissimos, Experien-  
tissimos & Clariss. Dnn. Professores, Juris Doctores,  
Reverend. verbi divini Ministros, Eximios artium Magi-  
stros, Nobilissimos ac Præstantissimos Dnn. Studiosos,  
ad eoq; omnes & singulos Universitatis cives, sum-  
mā diligentia invitat.

*ROSTOCHII,*  
Typis NICOLAI KILII, Academiæ Typographi,  
*ANNO M. DC. XLVIII.*

1648

21



Nniversariam hoc tempore  
Ecclesia, sanguine JESU CHRISTI,  
filij Dei, redempta satisfactionis ac  
meriti mortis Christi, recolit memo-  
riam. Beneficium hoc illius est dignitatis & excel-  
lentiæ, ut non semel in anno illius debeat fieri re-  
petitio; quotidie enim auribus nostris infonet.  
*2. Cor.*  
*2. v. 2.*  
*Manu*  
*al 6. 22.*  
non judicavi me quicquam scire, nisi J E S U M  
Christum, & hunc crucifixum. Rectissimè ergo  
cum Augustino dicimus: in omnibus adversitati-  
bus meis, non inveni tam efficax remedium,  
quam vulnera Christi, in illis dormio securus &  
requiesco intrepidus. Tota spes mea est in mor-  
te Domini mei. Mors ejus meritum meum &  
refugium meum, salus, vita, resurrectio mea. Hæc  
licet optimè ad totam hominis vitam applicen-  
tur, quia tamen Ecclesiæ visum est, hoc imprimis  
tempore, quo Salvator redemptionis opus con-  
sumavit, passionis Christi historiam gratissimâ  
mente repetere, placuit Clariſſ. Dn. Candidato  
M. AUGUSTO VARENIO, Linguæ sanctæ in  
hac nostra Universitate professori vigilantissimo,  
de satisfactionis & meriti mortis JESU CHRISTI  
universalitate materiam, sub incudem revocare.

Quo-

Quoniam verò moris est, in hisce programmati-  
bus brevem institui, cum majorum, cum curri-  
culi studiorum recensionem, & huic nos confor-  
mabimus consuetudini. Natus autem est Candi-  
datus noster, Patre, Viro Reverendo & clarissi-  
mo Dn. M. HENRICO VARENIO, amico  
meo, dum vivebat, veteri, & populari dilecto,  
Serenissimi ac Celsissimi Principis ac Domini  
Dn. AUGUSTI, Ducis Brunsvicensis & Lu-  
neburgensis concionatore & Pastore in Hizacker/  
postea ad vocationem Serenissimi ac celsissimi  
Principis ac Domini, Domini CHRISTIANI,  
Ducis Brunsl. & Luneb. gloriosiss. memoriæ, Ec-  
clesiæ Ultzensis, in Ducatu Luneburgensi Prä-  
posito, & illius Diœcœeos Superintendentे,  
cujus vices, Deo ita singulariter dispensante,  
Candidati nostri venerandus sacer, Vir Reveren-  
dus & clariss. M. HEINO CREGELIUS,  
supplet. Matre ANNA, JOHANNIS FRE-  
DERI, SS. Theol. D. & in hac nostra Uni-  
versitate per multos annos Professoris & Super-  
intendentis, filia, DAVIDIS CHYTRÆI,  
optimè de hac nostra Universitate meriti, nepte.  
Candidatum nostrum studiis aptū cernens, Dn.  
Pater p. m. Scholæ Ultzensis moderatorib' cum  
comisit informandū. Jecit illic utriusq; linguæ &

politioris literaturæ fundamenta, ductore impri-  
mis Viro Clariss. Dn. M. G E O R G I O Krugf/  
Scholæ illius tūm Rectore, nunc Medic. D. & in  
Regia equestri Soranâ Professore celeberrimo.  
Anno ætatis decimo quarto, Schola Hannove-  
rana, humaniorum Studiorum cultu tūm floren-  
tissima, in sui venerationem Dn. Candidatum  
allexit, in qua per biennium, Rectore JOHAN-  
NE S T R U B I O philologo insigni, humani-  
tatis studiis incubuit, fervore, juvēne digno. In-  
de Brunsvicum profect⁹ sub Clar. Sagittario, tūm  
Scholæ Martinianæ Rectore, eadem artium &  
linguarum Gymnasia constantèr continuavit,  
& Reverendum ac Clariss. Dn. GUALTERUM  
Ecclesiarum Bruns. Superintendentem, Theo-  
logica & Hebraica publicè privatimq; propo-  
nentem, sedulò audivit: cum autem initia sele be-  
nè haberent, Gymnasia ac Scholas Regias quas  
Universitates vocamus, visitare animus erat.  
Primò igitur Hamburgum sese contulit & ibi-  
dem per integrum triennium substitit, eò quod  
ibidem ad studia Hebraica, & quæ illis cognata  
sunt, commoda tūm dabantur occasiones. Phi-  
losophica insuper ac Theologica jugi diligentia  
tractavit ibidem studia, cuius rei specimen cū  
exercitio declamatorio, tūm duab⁹ disputationi-  
bus

bus publicis, una ex Rom. 3. v. 23. præside Viro  
pl. Reverendo & Clariss. Dh. GERHARDO  
GRAVIO, S. S. Theol. Licent. Ecclesiæ Cathe-  
dralis Pastore : altera de controversijs Judaicis  
Hebraico Idiomate scripta & habita, in Auditio-  
rio Theologico, edidit. Pectore ita bene præpa-  
rato, celeberrimam Academiam Regiomonta-  
nam adiit, ibiq; philosophicis studijs fortius in-  
cubuit. Cl. Eislerum Aristotelis organum &  
physicam Generalem. M. ALBERTUM LI-  
NEMANNUM usum utriusque globi. M.  
REIMARUM Actus Apostolicos Græcos  
publicè explicantes audivit. Cumq; studium  
Theologiæ primarius esset scopus, venerandum  
Senem Dn. D. JOHANNEM BEHMIUM,  
Themata Biblico-Historica de termino à quo &  
ad quem LXX. captivitatis Babylonicæ & LXX.  
septimanarum Danielis accurate expedientem,  
& Dn. D. MISLENTAM de prædestinatione,  
& alijs corporis Prutenici capitibus Theologicè  
profidentem, LEVINUM POUCHENIUM, &  
ABRAHAMIUM CALOVIUM, S. S. Theol.  
Dd. & Professores, illum Prophetam Amos : hūc  
Epistolam ad Hebreos explicantes audivit. Et di-  
sputationibus illorum publicis, præprimis Anti-  
Bergianis & Anti-Socinianis, illo tempore inter

A 3

alias

alias plurimas habitis frequenter interfuit, eoq;  
ipso sibi gratulatur. Regiomonto discessurus  
per vicinum Poloniæ regnum, & Porusiam re-  
giam exeurrit, & in redditu Warsaviæ, ubi tum re-  
gni comitia celebrabantur per mensis spatiū  
substitit, & quæ plurima de Ecclesiariū statu me-  
morabilia occurrebat accuratè notavit. In Ger-  
maniā reversus, Rostochiū, veluti jam ante pro-  
pter maternam familiā, & venerabilem avi pro-  
aviq; materni memoriam, studiis delectū, sese cō-  
tulit, & ne otiosus Academiæ civis esset bis publi-  
cè in ~~angodine~~<sup>angodine</sup> magno auditus est, semel de unica  
credendorum norma; verbo scil. scripto, ponti-  
ficijs oppositā, me p. t. Decano, Præside: secundā  
vice, sub Magnifico hoc tempore Rectore, & spe-  
ciali Dn. Seniore ac Superintendentē Dn. D.  
**QUISTORPIO**, de ~~opusorū~~ divinitatis Filij, cum  
divinitate Patris & Spir. sanct. contra Socinia-  
nos, & de consubstantialitate humanæ CHRITI  
naturæ cum nostra, contra quosdam nostri seculi  
Weigelianos: Collegijs itidem à Professoribus in-  
stitutis interfuit. Sedulitatem hanc perspectam  
habens, Magnificus, Illustrissimorum Principum  
Megapolitanorū Cancellarius Vir Amplissimus  
& Consultissimus Dn. JOHANNES COTH-  
MAN, duorum filiorum studiorū manuducto-  
rem

rem eum delegit, & per annum in hac Academia,  
tum & per aliquod tempus Güstrovij liberaliter  
sovit: perspiciens verò Magnificus Dn. Cancel-  
larius Candidati nostri, in literaturâ Hebraicâ e-  
gregios profectus, quib' ipse ut & alijs studijs ap-  
primè delectatus fuit, eudem Reverendissimo ac  
Celsissimo Principi ac Domino Dn. ADOL-  
PHO FRIDERICO, &c. &c. de meliori no-  
ta commendavit: unde factum, ut Collegii Duca-  
lis suffragio, vacans professio Hebraica ipsi com-  
missa fuerit, cum jam ante gradu exornatus esset  
Magisterij: quam publici officij spartam, ita ha-  
ctenus iugi diligentia, privatis scil. publicisq; le-  
ctionibus, declamationibus, disputationibus,  
divinâ assistente gratiâ exornavit, ut nemo  
illum negligentiae alicujus jure incusare queat.  
Quoniam verò studia Hebraica & ipsa Theolo-  
gia mutuas sibi porrigit manus, ita ut vix  
Christianus Hebræus, linguam sanctam,  
sine mentione ac concursu sacratissimæ Theolo-  
giæ, tractare possit; ne falcam, Candidatus  
noster, in alienam mittere messem, argui queat,  
visum sibi fuit tali exornari gradu, qui amicam  
hanc Linguæ sanctæ cum ipsa Theologia con-  
junctionem confirmaret, ne alicujus ~~annoyem-~~  
~~exornias~~ jure incusari possit. Postquam ergo à ve-  
neranda

neranda Facultate nostrar̄ ad usitatum satisque  
rigidum admissus fuit, examen, talem se Candi-  
datus noster pr̄sttit, ut nemo collegarum,  
pios conatus impediendi occasionem: sed potius  
eosdem promovēdi haberet. Ut verò & alijs Can-  
didati nostri eruditio ac insignes in SS. Theolog.  
Studio profect⁹ innotescant, ecce eūdem in pub-  
licum, ad diem mensis currentis 28. producimus,  
de materia, hoc imprimis tempore in Ecclesia so-  
nante, de satisfactione & mortis Christi merito,  
disputaturum. A vobis igitur, Magnifice Dn.,  
Rector, Excellentissimi Dnn. Professores, Juris  
Doctores, Reverendi verbi divini ministri, Exi-  
mij artium magistri, Nobilissimi ac Pr̄stantis-  
simi Dnn. Studiosi, adeoq; ab omnibus Acade-  
miæ civibus, ut & alijs literarum ac literatorum  
amantibus, enixē contendimus, ut dicto die in  
āνεαληπίᾳ majori, frequentes adsitis, & partim do-  
ctis veltris argumentis Dn. Candidatum exerceat-  
is: partim honorificā Vestrā pr̄sentiā solennita-  
tem hanc publicam ornatiorem reddatis Quod  
ut ab omnibus Academiæ civibus fiat, nomine  
venerandæ nostræ Facultatis rogo, & amicè con-  
tendo. P. P. sub sigillo Facultatis Theo-  
logicæ 19. Mart. Anno

1648.

6(0)90



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn738367095/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738367095/phys_0011)

DFG



rem eum de legit, & per annum in hac Academia,  
tum & per aliquod tempus Güstrovi liberaliter  
sovit: perspiciens verò Magnificus Dn. Cancel-  
larius Candidati nostri, in literaturâ Hebraicâ e-  
gregios profectus, quib' ipse ut & alijs studijs ap-  
primè delestatus fuit, eudem Reverendissimo ac  
Celsissimo Principi ac Domino Dn. ADOL-  
PHO FRIDERICO, &c. &c. de meliori no-  
ta commendavit: unde factum, ut Collegii Duca-  
lis suffragio, vacans professio Hebraica ipsi com-  
missa fuerit, cum jam ante gradu exornatus esset  
Magisterij: quam publici officij spartam, ita ha-  
ctenus iugi diligentia, privatis scil. publicisq; le-  
ctionibus, declamationibus, disputationibus,  
divinâ assistente gratiâ exornavit, ut nemo  
illum negligentiae alicujus jure incusare queat.  
Quoniam verò studia Hebraica & ipsa Theolo-  
gia mutuas sibi porrigit manus, ita ut vix  
Christianus Hebræus, lingua sanctam,  
sine mentione ac concursu sacratissimæ Theolo-  
giæ, tractare possit; ne falcam, Candidatus  
noster, in alienam mittere messem, argui queat,  
visum sibi fuit tali exornari gradu, qui amicam  
hanc Linguæ sanctæ cum ipsa Theologia con-  
junctionem confirmaret, ne alicujus ~~ampliatio-~~  
~~nem~~ jure incusari possit. Postquam ergo à ve-  
neranda

